

FLORA.

68. Jahrgang.

Nº. 28.

Regensburg, 1. Oktober

1885.

Inhalt. Dr. J. Müller: Lichenologische Beiträge. XXII. (Fortsetzung.) —
Einläufe zur Bibliothek und zum Herbar.

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XXII.

(Fortsetzung.)

937. *Physcia picta* Nyl. Syn. p. 430 v. *coccinea* Müll. Arg.; thalli laciniae sub cortice albae et hinc inde sparsim v. demum subconfluentim intense coccineo-purpureae, cortice partim secedente et sorediis deficientibus. — Sterilis tantum visa, cum *P. picta* v. *sorediata* Müll. Arg. crescens eique praeter colorem medullae simillima. Quodammodo *Pyxinem cocciferam* Montg. in mentem revocat, sed thallus bene diversus est. — Ramulicola ad Tchamtéi in Africa orientali: Hildebrandt.

938. *Pannaria melanothricha* Müll. Arg.; thallus olivaceo-glaucus, subtus lurido-albidus, tenuis; laciniae subdichotomae, latiusculae, lacinulae breves, crenato-incisae, facie superiore sicca vage prominenter plicato-costatae, subtus ad ipsos margines et hinc inde sparsim in pagina fasciculis rhizarum longissimis (2—3 mm. longis) atro-coeruleis ornatae; apothecia ignota. — Affinis *P. luridae* (Montg.) Nyl. Enum. gén. p. 109, et statu sicco supra similiter at distinctius vage longitrorsum plicato-costulata, sed ad margines et subtus rhizinis valde evolutis insignita. — In silvis montanis Novae Caledoniae: Vieillard II. 13.

Flora 1885.

28

939. *Parmeliella Vieillardii* Müll. Arg.; thallus majusculus, laciniosus, membranaceus, obscure olivaceus v. lurido-fuscescens, glaber et nitidulus, verruculosus v. demum laevis, subtus argillaceo-pallidus; laciniae ambitu elongatae, oblique inciso-pinnatifidae, lacinulae latae, subcrenatae, subtus sparse ad margines rhizinis coeruleo nigris elongatis fasciculatis copiosis apothecia munitae; $1\frac{1}{4}$ — $1\frac{1}{2}$ mm. lata, sessilia, hemisphaerica, basi constricta, undique olivaceo-nigra, biatorina, crasse prominenter marginata, margo demum crenulatus; discus nonnihil gyalectiformi-concavus, concolor; sporae non evolutae. — In superficie thalli verruculae fuscae numerosae occurrunt, quae demum evanescere videntur. — Species habitu ad *Pannariam melanothricham* et *Coccocarpium pellitam* v. *pannosam* accedit, praesertim colore et marginibus longe fasciculatim ciliatis, et superficie non pliculigera nec concentrice zonata statim differt. Prope *Parmeliellam erythrocarpam* locanda est. — In silvis Novae Caedoniae, supra truncos: Vieillard II. 12 et 14.

940. *Amphiloma ochraceo-fulvum* Müll. Arg.; thallus late expansus, medio late subrhombeo-areolatus, areolae marginem versus longiores convexiusculae, contiguae, ad margines crebre minute granuligerae, granula concolora, interdum subconfluentia et areolae tum margine spurie subincurvae, superficies thalli caeterum laevis, opaca; apothecia ignota. — Prope *Amphiloma granuligerum* Müll. Arg. Diagn. Lich. Socotr. p. 4 locandum est, a quo differt thallo multo laetius colorato, validiore, magis opaco, areolis planioribus et multo majoribus. — Ad saxa calcarea in territorio orientali-africano Somali in montibus Serrab: Hildebrandt, sine no. (in Krempelhuberi Neuer Beitr. z. Afr. Lichenfl. p. 143 n. 29 sub *Placodio callopismate* enumeratum fuit).

941. *Lecanora ocellata* Zenk. in Goebel Pharmaz. Waarenk. I. p. 170 t. XXII. fig. 5, e specim. orig. Zenk., omnino eadem est ac *Gyrostomium scyphuliferum* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 51, s. *Lecidea scyphulifera* Ach. Syn. p. 27. Specimen visum bene evolutum est, in cortice Cascarillae. Apothecia pro parte extus magis quam vulgo thallino-pulverulenta sunt et planta hanc ob causam ab auctore pro *Lecanora* habitata fuit. — Genus *Gyrostomium* etiam in Prodr. Nov. Gran. p. 51 ab ipso Nylander *Lecanoreis* adscriptum fuit, sed re vera est genuina pars *Graphidearum*, gonidiis chroolepoideis praeditum et characteribus proxime ad *Phaeographinam* accedens, habitu

autem magis *Platygrapham* simulans. Perithecium proprium nigro-fuscum basi valde incrassatum est.

942. *Lecanora sulphureo-rufa* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caled. p. 30, ob marginem apotheciorum jam juveniliū non thallinum, hyalino-flavidulum, proprium, ad genus *Patellariam* pertinet et juxta affinem *Patellariam* (s. *Psorothecium*) *inconditum*, s. *Lecideam inconditam* Krphl. Lich. Glaz. p. 45 locanda est; sit *Patellaria sulphureo-rufa* Müll. Arg., et simile ratione proxima *Lecanora sulphureo-fusca* Fée Ess. p. 116 t. 28 fig. 7 sit *Patellaria sulphureo-fusca* Müll. Arg.

943. *Lecanora callopismoides* Müll. Arg.; thallus albidus, tenuis, effusus, crebre granulosus; apothecia $\frac{4-6}{5}$ mm. lata, sessilia, plana et mox modice convexa, margine thallino tenui granuloso v. subcrenulato et cum thallo concolore cincta, discus vitellino- et fulvo-aurantiacus, nudus; epithecium fulvescenti-flavidum, lamina caeterum cum hypothecio hyalina; paraphyses vix separabiles; asci subangusti, 8-spori; sporae 12—17 μ longae, 6—7 μ latae, globoso-elongato-ellipsoideae v. -ovoideae v. sublacrymaeformes, (absolute) 1-loculares. — Primo intuitu *Callospisma pyraceum* simulat, sed thallus dense granulosus, discus magis vitellino-fulvus et sporae dein diversissimae. — Species insigniter distincta, juxta *L. fulvastram* Krphl. Lich. Warm. p. 380 (ubi sporae minores, apothecia minora, margo mox thallo albiore longe intensius flavo-vitellinus v. fulvus). — Ramicola in Madagascaria centrali: Hildebrandt.

944. *Callospisma cerinellum* Müll. Arg.; *Lecanora cerinella* Nyl. Symb. Sahar. III. Batna. — Multo minor est quam normale *C. cerinum* et margo dein proprius ut in *C. pyraceo*, sed sporae in ascis 12—16-nae et minores, in vestigiis visis 7—9 μ longae et 5—6 μ latae, distincte placodiales s. orculiformes, speciem bene distinguunt. — Ramulicola in Abyssinia prope Habab: Hildebrandt n. 316 pr. p.

945. *Rinodina tincta* Müll. Arg.; thallus pallide ochraceus, tenuis, crebre plicatulus v. demum minute rimulosus, intus subconcolor, hinc inde aureo-efflorescens; apothecia sessilia, plana, prominenter et subtenuiter marginata, margo cum thallo concolor in disco demum majore fere 1 mm. lato paullo undulatus, discus fuscus; epithecium fulvescenti- v. flavescenti-fuscidulum; lamina subhyalina; hypothecium sat crassum, fuscum aut pallide fuscum; asci 8-spori; sporae 2-loculares, 11—14 μ longae et 5—6 μ latae. — Thalli color subochraceus videtur normalis,

in eodem ramulo enim occurrunt alii Lichenes steriles thallo pallido-albicante et flavicanti praediti, qui decolorati nihil ostendunt. — *R. metabolicae* Anzi subaffinis est. — Ramulicola ad Tchamtéi in Duruma Africae orientalis: Hildebrandt n. 2350 pr. p.

946. *Rinodina elegans* Müll. Arg.; thallus glauco-albidus, effusus, minute et irregulariter densius aut sparsius glebosus, glebulae crenatae, superficie laevigatae; apothecia $\frac{5-7}{10}$ mm. lata, sessilia, crassa, extus et margine crasso integerrimo laevigato cum thallo concolora; discus fuscus, planus, nudus, paullo immersus, madefactus turgescens et pallide fuscus v. rubentifuscellus, pro latitudine apotheciorum parum latus; epithecium fuscum, lamina et hypothecium hyalina; asci biseriatim 8-spori; spores 22—26 μ longae et 15—17 μ latae, 2-loculares. — Apotheciis crassis et late marginatis insignita. — Ad corticem *Cinchonae regiae*.

947. *Urceolaria viridescens* Fée Ess. p. 104 et Suppl. p. 99; *Urceolaria Bonplandiae* Fée Ess. t. 25 fig. 3; apud Massalongo Ric. p. 40 fig. 69 sub novo genere, sc. *Gomphospora viridescens* elucidata, est genuina species *Dirinae* inter *Graphideas* nec *Lecanoreas* inserenda. Sit *Dirina viridescens* Müll. Arg., cujus characteribus addatur: Gonidia chroolepoidea, intricatim ramulosa; margo thallinus bene evolutus, proprius peritheci niger; perithecium completo-cupulare, sub lamina crassius, undique fusco-nigrum; epithecium indistinctum; spores 6—8-nae in ascis, anguste fusiformes, 14—18 μ longae, 3—3½ μ latae, aequaliter 4-loculares, loculi intermedii cylindrici. — Spores minus bene et anormaliter evolutae medio v. supra medium haud raro ampullaceo-incrassatae occurrunt, sed haec evolutio anomala a Massal. nimis aucta delineata fuit. — In cortice Bonplandiae trifoliatae (vidi specim. Féeanum).

948. *Urceolaria scruposa* v. *minor* Müll. Arg., a cl. Krph. in Neue Beitr. Afric. Fl. n. 31 sub *Urceolariae scruposae* f. *minore* simpliciter nominata, absque definitione, distinguenda est; Thalli areolae contiguae, $\frac{2}{3}$ — $\frac{3}{4}$ mm. latae, convexae, laeves, obsolete subfarinulentae, cinereo-albidae; apothecia pro specie minutula, discus $\frac{1}{4}$ —1 mm. latus, angulosus, diu angustus, subnudus. — Spores, octonae, cum specie conveniunt. Inter v. *arenariam* et v. *cretaceam* quasi medium tenens, colore ad posteriorem proprius accedens sed areolae firmae, demum non farinoso-subconfluentes et vix distincte pulverulentae. Apothe-

ciorum discus diu angustus fere ad *U. actinostoma* vergere videtur, sed bene evolutus et thallus distincte ad *U. scruposam* pertinent. — Somaliland in Africa orient., prope Meid: Hildebrandt.

949. *Pertusaria gonolobina* Müll. Arg.; thallus subflavescenti-albidus, tenuis, laevis v. sublaevis, determinatus; verrucae monocarpicae, $\frac{5-8}{10}$ mm. latae, depresso-hemisphaericae, basi sensim in thallum concolorem abeuntes, vertice integro ostiolo unico nigro late punctiformi ornatae; sporae in ascis 6—8-nae, 45—65 μ longae, 20—24 μ latae, oblongo-ellipsoideae, intus laeves. — Juxta *P. albidellam* Nyl. locanda est, et ostiolis nigris latiusculis (attamen minoribus) *P. pustulatam* et *P. melaleucam* in mentem revocat. — Ad corticem officinalem *Gonolobi* (comm. cl. Bader).

950. *Pertusaria cinctula* Müll. Arg.; thallus olivaceo-virens, tenuis, minute rugulosus; verrucae $\frac{2}{3}$ mm. latae, hemisphaericae, vertice non depressae, hinc inde geminatim et ternatim confluentes; ostiolum unicum, haud emergens, nec impressum, primum nigricans, demum decolorato-hyalinum v. fuscidulum et majus, areola thallina leviter decolorato-pallidiore cinctum; sporae in ascis 2-seriatim 8-nae, circ. 70 μ longae et 28 μ latae, intus laeves. — Prope *P. confundentem* Nyl. locanda. — Ramulicola in Abessinia in regione Bogos: Hildebrandt n. 311 pr. p.

951. *Pertusaria aspera* Müll. Arg.; thallus cum verrucis concoloribus ochroleuco-albus, tenuis, obsolete verruculoso-asperulus, continuus; verrucae-gibbosae, vertice obtusae, albido-ostiolatae, oligocarpicae; ostiola convexo-prominula, ex albido demum aquoso-livida; sporae primum biserialim 8-nae, exiguae, demum 1-seriatim 4—2-nae et circ. 80 μ longae et 30 μ latae, intus laeves. — Juxta *P. rudem* Müll. Arg. et *P. ochrostoma* ejusd. locanda, habitu etiam ad *P. Quassiae* et *P. granulata* accedens, sed verrucae tantum obsolete gibberuloso-inaequales. — Ad ramulos ad Tchamtéi in Duruma Africae orientalis: Hildebrandt n. 2350 pr. p.

952. *Pertusaria candida* Müll. Arg.; *Pertusaria peliostoma* Müll. Arg. L. B. post n. 749, exclus. syn. Ach.; thallus et verrucae pure alba, opaca, ille tenuis, laevis, continuus, hae saepe confluentes, vertice late obtusae; ostiola parva, pauca, subdistantia, aquoso-albida v. -carnea, vix impressa; sporae in ascis 8-nae, 50 μ longae et 23 μ latae, intus laeves. — Juxta *P. albissimam* Müll. Arg. locanda est et a vera *P. peliostomata* (Ach. sub *Porina*,

fide specim. Ach.), quae affinis, certe differt ostiolis parvis et sporis longe minoribus et laevibus. — Corticola prope Rio de Janeiro: Glaziou (inter Miscell. missa).

953. *Pertusaria Antinoriana* Jatta Lich. Afric. Scioa p. 173, est bona species, subsimilis *P. chiodectionoidi* (Fée) Nyl. et juxta *P. javanicam* Müll. Arg. inserenda est. — Thallus peculiariter subisidioso-verruculosus; ostiola nigra, areolis cinereo-nigricantibus $\frac{2-3}{10}$ mm. latis cincta; sporae 4—5-nae, 1-seriales at saepius etiam 6—8-nae et biseriatim dispositae, ambitu valde ludentes, 75—110 μ longae, 40—45 μ latae, eximie pachydermaeae, intus laeves. — Corticola in Africae orientalis regione Chioa: March. Antinori (e fragmentulo a cl. Jatta benevole communicato).

954. *Lecidea* (s. *Biatora*) *cyclospora*; *Biatora cyclospora* Hepp ap. Korb. Par. p. 152 (ubi tamen errore quodam apothecia brunnea descripta sunt). Thallus leviter tantum evolutus, subfarinosus, tenuis, albus aut persicino-albus; apothecia extus omnino ut in „*Biatorella germanica* Mass.“, rubello-fusca v. ferrugineo- v. subsanguineo-rufescentia; lamina et hypothecium fulvescentia, hoc obscurius fuscescenti-fulvum; paraphyses conglomeratae; asci oblongato-obovoidei, apice pachydermei, biseriatim 8-spori; sporae vulgo globosae (v. leviter tantum longiores quam latae), diametro 6—8 μ aequantes. — Optime extus „*Biatorellam germanicam*“ refert et a subsimili *Lecidea rupestri* Ach. jam apotheciis magis subsanguineo-rufescentibus et dein sporis globosis discernitur. — Anno 1855 a b. Hepp in monte Pilati detecta et nuperrime etiam in monte Salève ab oculatiss. Romelecta fuit (specimina salevensia cum archetypo Heppiano extus intusque accurate conveniunt).

955. *Lecidea* (s. *Biatora*) *endochrysea* Müll. Arg.; thallus cinereus v. cinereo-virens, minutissime granulosus, linea nigra limitatus; apothecia $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$ mm. lata, sessilia, plana, juniora lecanorina, discum fuscum margine cinereo prominente integro cinctum gerentia, mox autem omnino biatorina, margine fusco tenui et subnitido vix prominente cincta, intus sub lamina aureo-flava, mollia; epithecium fuscidulum, lamina sub microscopio flava; hypothecium obscure hyalinum; paraphyses crassulae, separabiles; asci cylindrico-obovoidei, 8-spori; sporae 9—11 μ longae, 4—5 μ latae, leptodermaeae. — Sicca evoluta *Buelliam disciformem* simulat, sed apothecia madefacta statim paullo dilutiora evadunt, apothecia autem novella referunt juniora *Lecanorae*

subfuscae. — *Ramulicola* in Tchamtéi in territorio Duruma Africae orientalis: Hildebrandt n. 2350 pr. p.

956. *Lecidea versicolor* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 49, ob thallum nonnihil flavescens, crebre subsorediosotuberculosum, intus sulphurellum et hypothecium crasse fusconigricans ad *Lecideam versicolorem* Fée Ess. Suppl. p. 104 (antea sub *Lecanora*) non pertinet, sed eadem planta est ac *Biatora tai-tensis* Montg. in Ann. Sc. nat. 1848 p. 126, quam jam antea (Revis. Lich. Meyen. n. 52), propter *Megalosporum sulphuratum* Mey. et Flot. in Act. Acad. Cur. nat. 1843 prioritatis causa sub *Patellaria* (s. *Psorothecium*) *sulphurata* enumeravi. — Numerus sporarum in ascis valde ludit ut in speciebus affinis. Cl. Nylander observavit sporas octonas, egomet autem binas et ternatas et initiales magis numerosas. — Vera *Patellaria versicolor* (Fée) Müll. Arg. hucusque non nisi in America calidiore lecta est. — Corticola in Nova Caledonia: Vieillard n. 1869.

957. *Patellaria* (s. *Catillaria*) *bistorta* Müll. Arg.; thallus albidus, tenuis, subdeterminatus, minute ruguloso-granularis; apothecia $\frac{1}{2}$ —1 mm. lata, tota nigra, planiuscula, margine prominulo mediocri laevi cincta, discus planus et nudus, opacus, demum turgido-convexus; epithecium coeruleo-nigricans, lamina hyalina, hypothecium crassum vinoso- v. cupreo-fuscum; paraphyses separabiles; asci sat angusti, biseriatim 8-sporei; sporae 10—13 μ longae et $4\frac{1}{2}$ —5 μ latae, fusiformi-ellipsoideae, sigmoideo-bistortae, rarius lunatae, 2-loculares. — Dissepimentum in sporis sigmoideis vulgo obliquum est. — Prope *P. sigmoideam* Müll. Arg. Diagn. Lich. Socotr. p. 7 locanda est, quae thallo, apotheciis et sporis validior et saxicola. — *Ramulicola* in Somaliland: Hildebrandt n. 895 pr. p.

958. *Patellaria* (s. *Psorothecium*) *leptocheiloides* Müll. Arg.; *Lecidea leptocheiloides* Nyl. ap. Crombie in Challeng. p. 225, e Taïti descripta, etiam in Nova Caledonia ad Nouméa a cl. Vieillard (II. n. 28 pr. p.) lecta est. Sporae et apotheciis (fere lecanorino-marginatis) proxime ad *P. leptocheilam* (Tuck.) Müll. Arg. L. B. n. 355 accedit, sed intus *Lecanoram atram* fere simulat, sc. hypothecium profunde e cupreo atro-fuscum coloratum est. — In Nova Caledonia l. c.

959. *Patellaria* (s. *Bilimbia*) *abessinica* Müll. Arg.; thallus glauco-albidus, leproso-granulosus, tenuis; apothecia $\frac{1}{4}$ mm. lata, depresso-hemisphaerica, immarginata v. subimmar-

ginata, fusca, opaca, madefacta pallescentia, sicca intus pallidiora; lamina cum hypothecio hyalina, epithecium fuscidulum; paraphyses separabiles; asci 8-spori; sporae 17—22 μ longae, 5—6 μ latae, digitiformes, 5-septatae, ad dissepimenta saepius leviter constrictae. — Ad ramulos prope Habab in Abessinia, alt. 7000 ped.: Hildebrandt nr. 316 pr. p.

960. *Patellaria* (s. *Bacidia*) *pacifica* Müll. Arg.; thallus pallide virens, sat tenuis, laevis, effusus; apothecia $\frac{6-8}{10}$ mm. lata (et minora), laxe sessilia, rubenti-fusca, fere ab origine modice convexa, margo (et perithecium) dorso pallidus, subtranslucens, mox indistinctus; discus nudus; lamina circ. 150 μ alta, fulvescenti-hyalina, hypothecium crassum fulvo-fuscum, tenue fulvo-hyalinum; paraphyses sat cohaerentes; sporae in ascis 8-nae, 70—90 μ longae et $4\frac{1}{2}$ —5 μ latae, aciculares, subrectae, circ. 25—30-loculares, loculi sublatores quam longi. — Affinis *P. multiloculari* Müll. Arg. et habitu ad *P. fusco-rubellam* accedens. — Corticola in Oceani Pacifici insula Taïti: Vieillard.

961. *Patellaria* (s. *Bacidia*) *subspadicea* Müll. Arg.; thallus cinereo-virens, tenuis, laevis v. demum rimoso-subinaequalis, margine effusus; apothecia $\frac{4-6}{10}$ mm. lata et minora, fusca, primum subtranslucens, tenuiter marginata, subplana, demum nigrescentia et magis convexa, nuda; epithecium fuscum; lamina hyalina v. superne fuscescens; hypothecium flavicans; paraphyses facile separabiles, graciles; asci 8-spori; sporae 42—52 μ longae, $3\frac{1}{2}$ —4 $\frac{1}{2}$ μ latae, 8—12-loculares, loculi pro maiore parte vix longiores quam lati. — Extus *P. spadiceam* (Tuck.) simulat, sed epithecium et hypothecium alia et sporae validiores. — Ramulicola ad Andrangolóvaka in Madagascaria centrali: Hildebrandt.

962. *Blastenia maurula* Müll. Arg.; thallus olivaceo-nigricans, tenuis, leproso-granulosus; apothecia $\frac{2-3}{10}$ mm. lata, sicca atra, opaca, madefacta pallescentia, primum plana et tenuiter marginata, demum turgido-hemisphaerica et immarginata, intus pallida; epithecium subaeruginoso- v. subcerasino-fuscescens, lamina pallido-aeruginosa, hypothecium hyalinum; paraphyses separabiles; asci 8-spori; sporae 11—14 μ longae, 5—8 μ latae, pulchre oreuliformes. — Prima fronte „*Biatorinam synotheam* Körb.“ simulat. — Ramulicola prope Habab in Abessinia, alt. 7000 ped.: Hildebrandt n. 316 pr. p., et ex alia schedula ad Tchamtéi in Duruma etiam lecta: Hildebr. n. 2350 pr. p.

963. *Buellia melanochlora* Müll. Arg.; *Lecidea melano-*

chlora Krph. Lich. Glaz. p. 37. — Huic addenda est *Lecidea disciformis* v. *aeruginascens* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 52 (e specim. Deplancheano). — Corticola etiam ad Rouméa in Nova Caledonia: Vieillard II. n. 28 pr. p.

964. *Buellia dissimilis* Müll. Arg.; *Lecidea dissimilis* Nyl. Expos. Lich. Nov. Caledon p. 48 et Syn. L. Nov. Caled. p. 51 est pulchra et eximie distincta *Buellia*, cujus apothecia e nigro vix distincte fuscescunt, evoluta immarginata ut dicuntur ab auctore, juniora in citato specim. (Vieill. n. 1835) autem distincte sed tenuiter et prominenter nigro-marginata sunt et hypothecium crasse fusco-nigrum est; lamina tota fuscescens; sporae *Buelliae*. — Ad stirpem *Lecanorae sophodis*, sc. ad genus *Rinodina* certe non referenda est. — Corticola in Nova Caledonia: Vieillard.

965. *Arthonia Somaliensis* Müll. Arg.; thallus albidus, tenuis, laevigatus, margine effusus; apothecia sicca obscure fusca v. nigricantia, madefacta rubro- v. rufo-fusca, orbicularia et elliptica, subregularia aut leviter angulosa, $\frac{2}{10}$ mm. lata, haud raro geminatim confluentia, planiuscula, nuda, intus pallidiora; epithecium fulvescenti-fuscidulum, lamina et hypothecium hyalina; asci oblongato-obovoidei, 6—8-spori, apice pachydermei; sporae hyalinae, 14—18 μ longae et 5—6 μ latae, 3—4-septatae, locus superior distincte reliquis major. — Juxta *A. Puiggarii* Müll. Arg. L. B. n. 162 locanda est. — Ad ramulos *Acaciarum* in territorio Somali Africae orientalis: Hildebrandt n. 897 pr. p., et prope Tchamtéi in Duruma: Hildebr. n. 2350 pr. p.

966. *Arthonia faginea* Müll. Arg.; thallus hypophloeodes, cum epidermide obscure cinereo-olivaceus; apothecia nigra, conferta, $\frac{1}{3}$ — $\frac{2}{3}$ mm. lata, fere maculiformi-deplanata, madefacta tamen leviter tumidula, orbicularia v. obsolete angulosa, nuda, opaca, demum saepe confluentim maculantia; epithecium fuscum; lamina tota cum hypothecio crassiusculo hyalina; asci obovoidei, superne pachydermei, 8-spori; sporae 15—17 μ longae, $5\frac{1}{2}$ — $6\frac{1}{2}$ μ latae, hyalinae, primum distincte soleaeformes, sc. articulus inferior subduplo longior et multo angustior mox dein transversim semel divisus, unde sporae evolutae 3-loculares; loculi subaequilongi, sed superior semper reliquis latior. — Habitu ad *A. astroideam* v. *melantheram* (Ach.) accedit, sed orbillae subintegrae et sporae 3-loculares. Ab affinibus *A. aspersae* Leight. et praesertim *A. punctiformi* Ach. praesertim sporis aliter divis

et apotheciis majoribus differt. — Ad corticem juniorem Fagi in monte Salève (communic. cl. Rome).

967. *Arthonia viburnea* Müll. Arg.; thallus extus indistinctus, e hyphis fuscescentibus crebre divisus et gonidiis paucis seriatis (v. saepius nullis) formatus; apothecia $\frac{1}{10}$ — $\frac{1}{8}$ mm. tantum lata, nano-hemisphaerica, suborbicularia, medio nec deplanata nec margine subelevato cincta, atra, frustulis epidermidis nonnihil, saltem peripherice, velata; epithecium crassiusculum, fuscum aut nigricans, lamina hyalina, hypothecium subcrassum et hyalinum; asci oblongato-obovoidei, apice pachydermei, 8-spori; sporae cylindrico-obovoideae, 15—18 μ longae, $4\frac{1}{2}$ —6 μ latae, evolutae regulariter et aequaliter 6-loculares. — Extus *A. cembrinam* Anzi refert, sed sporae omnino aliae. A proxima *A. punctiformi* v. *atomaria* Anzi recedit apotheciis subvelatis, convexioribus, et sporis 6-ocularibus. — Ad ramulos *Viburni Lantanae* in monte Salève (ubi 1 Sept. 1867 legi).

968. *Graphis* (s. *Eugraphis*) *oxyclada* Müll. Arg.; thallus albus v. albidus, tenuis, laevis, subdeterminatus; lirellae 4—6 mm. longae, curvatae et elongato- 1—2-ramigerae, ad extremitates sensim acuminato-angustatae, emersae, utrinque alte crasso-thallino-corticatae, vertice semper late nudaе et nigerrimae, totae $\frac{3}{10}$ mm. latae, absque margine thallino $\frac{3}{20}$ mm. latae; perithecii labia obtusa, arcte conniventia et laevia, basi nunc in perithecium integrum tenuiter confluentia, nunc perithecium omnino dimidiatum; hypothecium crassiuscule hyalinum; sporae hyalinae, in ascis 8-nae, 32—45 μ longae et $7\frac{1}{2}$ —8 $\frac{1}{2}$ μ (halone non computato) latae, circ. 12-loculares, utrinque obtusae. — Similis *G. Pavonianae* Fée, sed lirellae vertice ab origine nudaе, arcte clausae, nigerrimae et sporae majores. Juxta *G. subtractam* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 77 inserenda est. — Ramulicola in monte Nidi (Taïta) in Africa orientali: Hilbrandt n. 2540 pr. p.

969. *Graphina Renschiana* Müll. Arg.; thallus argillaceo-albidus, opacus, tenuis et laevis, margine subeffusus; lirellae 1—1 $\frac{3}{4}$ mm. longae, simplices, rectae et subflexuoso-curvatae, adpresso-sessiles, totae cum vestimento thallino $\frac{1}{4}$ mm. latae; perithecium dimidiatum, nigrum; labia obtusa, haud sulcata, extus vero tota altitudine crasse thallino-duplicata, vertice tamen omnino nuda, sicca clausa, madefacta rimoso-hiantia; epithecium planum sed angustum; asci 8-spori; sporae hyalinae, elongato-ellipsoideae, 30—36 μ longae, 10—11 μ latae, 8-loculares, loculi

exceptis ultimis 2-locellati. — Prima fronte formam robustam simulat *Graphidis commatis*, sed lirellae extus thallino-corticatae et sporae diversissimae. Prope *Graphinam flexuosam*, s. *Graphidem flexuosam* Fée in Bull. Soc. Bot. de France 21 p. 25 (cujus sporae minores et aliter divisae) locanda est. — Ramulicola in Madagascaria centrali: Hildebrandt (a cl. Rensch, berlinensi, cum reliquis Lichenibus Hildebrandtianis mihi benevole communicata).

970. *Graphinae* sect. *Platygrammopsis* Müll. Arg.; perithecium dimidiatum (subtus deficiens); labia in sectione tenuia, inferne evanescentia, (cupreo-) fusca, haud sulcata; discus planus, nigricans, nudus. — Sectio propria hucusque tantum e *Graphina lapidicola*, sc. *Graphide lapidicola* Fée in Bull. Soc. bot. de France 21 p. 28 et specie insequente composita est, quoad characteres *Graphinae* sectionem *Hemilhecium* et quoad habitum hanc et *Graphinae* sect. *Platygramma* referens.

971. *Graphina* (s. *Platygrammopsis*) *aethiopica* Müll. Arg.; thallus argillaceo-albus, tenuis, laevigatus; lirellae 3—4 mm. longae et $\frac{1}{3}$ mm. latae, simplices et 1—2-ramigerae, superficiem thalli attingentes (immersae), rectae et varie curvatae, ad extremitates sensim attentae; margines haud v. vix emergentes, tenues, inferne evanescentes, extus thallo cingente obiecti; discus latiuscule apertus, planus aut leviter concavus, nudus, niger, opacus; epithecium fuscum, angustum; lamina et hypothecium hyalina; asci 1-spори; sporae 70—85 μ longae et circ. 25 μ latae, elongato-ellipsoideae, seriebus circ. 25 transversis 4—6-locellatis valde parenchymaticae. — Affinis *G. lapidicolae*, et similis formis attenuato-ramuligeris *Phaeographidis dendriticae*. — Ramulicola ad Tchamtéi in territorio Duruma Africae orientalis: Hildebrandt n. 2350 pr. p.

972. *Phaeographis Madagascariensis* Müll. Arg.; thallus albidus v. flavescens-albidus, tenuis obsolete granulosus, margine effusus; lirellae $\frac{1}{4}$ — $1\frac{1}{4}$ mm. longae, emersae, extus thallino-vestitae, evolutae disco subplano fusco-nigro nudo $\frac{1}{8}$ — $\frac{1}{4}$ mm. lato ornatae, margine extus thallino recto non crispo validiusculo et prominente cinctae, ex orbiculari ad lineari-ellipticum variantes, rectae aut incurvae, simplices aut rarius breviter 1—2-ramigerae; perithecium lateraliter tenue, fuscum, basi crassius et magis nigricans; sporae in ascis 8-nae, fuscescentes, 8-loculares, 22—26 μ longae et 8—11 μ latae. — Primo intuitu formam brachycarpam *Phaeographinae scalpturatae* (ubi

sporae omnino aliae) simulat et inter *Phaeogr. diversam* et *Ph. exaltatam* (conf. Müll. Arg. L. B. n. 455) locanda est et a posteriore vix nisi thalli colore et lirellis gracilioribus hinc inde magis elongatis differt. — Ramulicola in Madagascaria centrali: Hildebrandt.

973. *Phaeographis* (s. *Phaeodiscus*) *glauca* Müll. Arg.; thallus albido-glaucus, sat tenuis, continuus, laevigatus, linea subnigra cinctus; lirellae $\frac{1}{2}$ —1 mm. longae, $\frac{13-15}{100}$ mm. latae, non emergentes, simplices v. depauperato-pauciramulosae, rectae et curvatae, utrinque v. altero latere longe acuminato-angustatae, subimmarginatae v. margines demum leviter emergentes; discus late apertus, planus, nudus, siccus fusco-niger, madefactus fuscus et sublaete fuscus, perithecium laterale, subtenue, fuscum; epithecium fuscum; hypothecium flavido-hyalinum; sporae in ascis 8-nae, fuscidulae, 4-loculares, elongato-ellipsoideae, 14—16 μ longae, 5—6 μ latae. — Prope *Ph. Cascarillae* et *Ph. leiogrammodem* locanda est, prima fronte formam quandam *Ph. inustae* simulans. — Ramulicola in Madagascaria centrali: Hildebrandt.

974. *Glyphidis* sect. *Phaeoglyphis* Müll. Arg.; stromata subplana, effusa; discus lirellarum siccus obscurus, madefactus (statim) pallescenti-fuscus; hypothecium pallidum. — Accedit ad *Graphinae* sectiones *Platygramma* et praesertim *Hemithecium*, sed distinctum adest stroma cum thallo discolor, cui insident lirellae. — Hujus loci sunt: *Glyphis subtriosa* Leight. Lich. Ceyl. p. 181 e Ceylonia et species nova sequens e Madagascaria.

975. *Glyphis* (s. *Phaeoglyphis*) *mendax* Müll. Arg.; thallus albido-glaucus, tenuissimus, laevis, margine sublimitatus; stromata leviter emergentia, oblongata, subconfluentia, flavescenti-albida, subpulverulenta, vulgo monocarpica; lirellae 1—1 $\frac{1}{2}$ mm. longae et $\frac{1}{10}$ — $\frac{1}{7}$ mm. latae, astroideo-pauciramulosae, laud emergentes, late apertae; discus concavo-planus, leviter pruinosis aut nudus, fusco-nigricans, madefactus autem statim pallescenti-fuscus et turgidulus; perithecium laterale, tenue, superne fuscum; hypothecium fulvescenti- v. flavescenti-hyalinum; lamina hyalina; asci 8-sporei; sporae fuscidulae, 4-loculares, 12—14 μ longae et 6—6 $\frac{1}{2}$ μ latae. — Similis *Phaeographidi dendriticae* et *Ph. inustae*, sed disco madefacto fusco et praesentia stromatum statim recognoscenda. — Ramulicola in Madagascaria centrali: Hildebrandt.

976. *Mycoporopsis* Müll. Arg. sit genus novum *Mycopori* species colligens quarum sporae fuscae et transversim divisae.

Apothecia subirregularia, composita, plurithalamia. — Hujus loci sunt:

Mycoporopsis abrothalloides, s. *Mycoporum abrothalloides* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon p. 66, e Nova Caledonia.

Mycoporopsis sorenocarpa, s. *Mycoporum sorenocarpum* Knight Contrib. N. South Wales p. 40, e Nova Hollandia.

977. *Macropyrenium pertusarioides* Hampe ap. Massal. Esam. Compar. p. 48 (Jan. 1861), genus novum inter *Verrucariaceas* ordinatum, non est pyrenocarpicum (ex ipso specim. Hampeano, notula a cl. Massal. scripta ornato) sed ad *Thelotre mata* referendum est et planta ipsa eadem est ac *Ascidium Massalongi* Montg. in Ann. Sc. nat. 1860, p. 174 (Cent. IX. n. 12). — In Ceylonia: Nieter.

978. *Endocarpon ochroleucum* Tuck. Gen. Lich. p. 250 in obs.; e specim. ab ipso auct. benevole misso plantula insignis est et genus proprium juxta *Placidiosin* Beltram. Lich. Bassan. p. 212, 1858 [s. *Endocarpidium* Müll. Arg. Lich. genev. p. 73, 1862] locandum constituit. Sit *Heterocarpon ochroleucum* Müll. Arg. — Characteres generici ab iis *Placidiopeos* non nisi sporis (transversim divisis) coloratis, olivaceo-fuscis differunt. — Saxicolum in California: Bolander (ex hb. Tuck.).

979. *Porina* (s. *Sagedia*) *subtilior* Müll. Arg.; thallus obsoletus; apothecia $\frac{2}{10}$ mm. lata, subdepresso-hemisphaerica, rotundato-obtusa, vertice integra et demum nitidula, caeterum opaca, circiter dimidia parte immersa v. paullo altius emergentia; perithecium basi deplanatum et circumcirca nonnihil anguloso-dilatatum, nunc integre nigrum et subtus valde attenuatum, nunc subtus plane deficiens; paraphyses liberae, firmae, capillares; asci anguste lineares, vix ultra 5 μ lati, 8-spори; sporae imbricatim 1-seriales, 2-loculares, anguste obovoideae, 7 μ longae et 3 μ latae. — Juxta *Porinam mundulam* Müll. Arg. Lich. Wright. locanda est. — In ramulis *Parameriae vulnerariae* Rdlkf. in ins. Philippinensibus (hb. Mon.).

980. *Pyrenula mastophorizans* Müll. Arg.; thallus argillaceo-laevis, olivaceus, sublaevis; apothecia globosa, undique nigra, apice breviter emergente protuberantia thallina crassiuscula hemisphaerica truncata cum thallo concolore et laevi aut leviter gibboso-inaequali cincta, vertice ipso tamen nuda et nitidula; sporae in ascis 8-nae, 4-loculares, 25—34 μ longae et 10—14 μ latae. — Juxta *P. mastophoram* (Nyl.) Müll. Arg. L. B. n. 597, cujus apothecia et verrucae longe robustiores, locanda

est. A *P. subnitida* Müll. Arg. Lich. Wright. differt apotheciis quasi thallino-involucratis et a *P. nitida* Ach. jam distat sporis majoribus ut in *P. subnitida*. — Ramulicola ad Tchamtéi in Duruma Africae orientalis: Hildebrandt n. 2350 pr. p.

981. *Pyrenula virescens* Müll. Arg.; thallus olivaceus, verniceo-laevis et opacus, tenuis, determinatus; apothecia majore parte innata, nigra, parte emergente primum tenuiter thallino-velata, dein nudata et nitidula, vertice minute foveolata; perithecium globosum, integrum, undique nigrum, media altitudine $\frac{4-5}{10}$ mm. latum, demum triente et paullo ultra emergens; asci 8-spori; sporae subaequaliter 4-loculares, 20—28 μ longae, 8—11 μ latae. — Juxta proximam *P. guassiaecolam* Fée Suppl. p. 79 t. 37 fig. 3 locanda est. — Ramulicola in Madagascaria centrali: Hildebrandt.

982. *Triclinium Cinchonarum* Fée Ess. p. 147 t. 33 fig. 4, genus et species nova Fungis adscripta, at sine ullo dubio Mycologis hodiernis ignota, e specim. orig. Féeanis ad Lichenes certe referenda et generice *Psoromati* abscribenda sunt. Sit *Psoroma Cinchonarum* Müll. Arg., proximum *P. hispidulo* Nyl., sed glabrum, et madagascariensi *P. flavicanti* Müll. Arg., at aliter coloratum et laciniae thallinae minus evolutae. Ab omnibus dein recedit medulla pro parte coccineo-tincta. — Laciniae ad imum marginem angustissime pallidiores, non tomentellae. Gonidia globosa, circ. 8 μ lata; hyphae 4 μ latae, microgonidiigerae. Apothecia ignota. — Ad corticem Cinchonarum in Peruvia (specim. Féean.).

983. *Pseudoleptogium* Müll. Arg.; *Leptogii* sp. Krph. et Nyl. — Thallus placodiali-collemaceus, radians, adnatus, suprastrato crassissimo (fere tota crassitie thalli) undique parenchymatosus, basi tenui cellulis tubulosis hyalinis medullaris. Gonidia subgeminata; hypothallus nullus; apothecia lecanorina; sporae parenchymaticae, hyalinae. — Juxta *Leptogium* locandum cujus structura thalli omnino alia.

Pseudoleptogium diffractum Müll. Arg.; *Leptogium diffractum* Krph. ap. Arnold in Flora 1861 p. 258; Körb. Par. p. 424, *Leptogium placodiellum* Nyl. in Flora 1865 p. 210 (Obs.: *Collema diffractum* Nyl. sporis gaudet 1-ocularibus, non est species *Collematis* nec *Leptogii* et nomini admisso haud obstat). — Apothecia (quae hucusque ignota erant) copiosa, $\frac{1}{4}$ mm. lata, sessilia, crasse subintegro-marginata et leviter gyalectiformia; epithecium fuscescens; asci 8-spori, elongato-ellipsoidei; sporae

22—25 μ longae, $8\frac{1}{2}$ — $9\frac{1}{2}$ μ latae, oblongo-ellipsoideae, 4- v. raro 6-loculares, loculis intermediis longitrorsum semel divisus, ad dissepimenta paullo constrictae. — Ad saxa calcarea montis Salève, loco calidiore, in adscensu ad Pas de l'Echelle, ubi recentissime mihi obvia.

984. Lichenes abyssinienses, s. enumeratio Lichenum a cl. Hildebrandt in Abyssinia lectorum.

Cladonia macilenta Hoffm. f. *gracilis* Krphl. Neue Beiträge zu Africa's Flechtenflora n. 4 (ex Krphl.).

Usnea barbata v. *florida* Fries Lich. europ. p. 18. — Bagla, no. 308.

— — v. *strigosa* (Ach.) Krphl. Exot. Fl. p. 312. — Bagla, no. 308.

— — v. *cornuta* Flot. in Linnaea 1843 V. 17 p. 16. — Bagla, no. 308 (ster.).

— — v. *scabrosa* (Ach.) Müll. Arg. Nov. Gran. n. 20. — Bagla, no. 309 b (ster.).

— — v. *pulverulenta* Müll. Arg. L. B. n. 925. — Bagla, no. 308 (ster.).

— *articulata* Hoffm. Flor. Germ. 133. — Bagla, no. 307.

Ramalina complanata Ach., Nyl. Ram. p. 29 (*Ramalina asperula* Krphl. Neue Beitr. n. 9, non ejusd. in Verhandl. Zool. bot. Gesellsch. in Wien). — in Abessinia, loco speciali non indicato.

— *farinacea* Ach. Univ. p. 606. — Bagla, n. 309 a (ster.).

— *abyssinica* Nyl. Ram. p. 71 (*Ramalina pollinaria* Krphl. Neue Beitr. n. 8). — Locus non traditus.

Theloschistes chrysophthalmus Th. Fr. Heterol. p. 51; *Physcia chrysophthalma* DC. — Habab, no. 316.

Parmelia urceolata (Eschw.) v. *nuda* Müll. Arg. L. B. n. 183 (*Parmelia Hildebrandtii* Krphl. Neue Beitr. n. 15 et *Parmelia olivetorum* Krphl. l. c. e loco Bagla). — Bagla, no. 310.

— *abessinica* Krphl. Neue Beitr. no. 18. — Habab, no. 314.

— — v. *sorediosa* Müll. Arg. L. B. n. 933. — Bagla, no. 310, Habab, no. 313 (ster.).

— *perlata* v. *olivaria* Ach. Meth. p. 217, *P. olivetorum* Nyl. — Habab, no. 315.

— — v. *platyloba* Müll. Arg. L. B. no. 410. — Habab, no. 313.

— *proboscidea* Tayl. in Mack. Flor. Hib. 2 p. 143. — Habab, no. 313 (ster.).

- Parmelia Borreri* Turn. in Transact. Linn. Soc. V. p. 148. — Bagla, no. 310 (ster.).
- *caperata* Ach. Univ. p. 457 e loco speciali ign. (ex Krplh. l. c., ster.).
- Physcia stellaris* v. *rosulata* Nyl. Scand. p. 111. — Bogos, no. 312.
- *obscura* v. *virella* Th. M. Fries Scand. p. 143. — Habab, no. 316.
- *adglutinata* Nyl. Syn. p. 429. — Habab, no. 314.
- *picta* f. *sorediata* Müll. Arg. Lich. Afric. occid. no. 12. — Bogos, no. 312 (ster.).
- Candelaria concolor* Müll. Arg. L. B. n. 818. — Habab, no. 315.
- Callophisma cerinellum* Müll. Arg.; *Lecanora cerinella* Nyl. Symb. Sahar. III. Batna. — Habab, no. 316.
- Lecanora subfusca* v. *allophana* Ach. Univ. p. 295. — no. 308, 316.
- Rinodina metabolica* Anzi Cat. p. 53. — Habab, no. 316.
- Pertusaria pallescens* Müll. Arg. in Flora 1879, Lich. Japon. no. 12; *Lecanora pallescens* Fr. Lich. Europ. p. 132. — Bagla, no. 308.
- *cinctula* Müll. Arg. L. B. n. 950. — Bogos, no. 311.
- Patellaria* (s. *Bilimbia*) *abyssinica* Müll. Arg. L. B. n. 959. — Habab, no. 316.
- Blastenia maurula* Müll. Arg. L. B. n. 962. — Habab, no. 316.
- *ferruginea* Mass. Syn. Lich. Blasten. p. 14. — Bogos, no. 311.

(Schluss folgt.)

Einläufe zur Bibliothek und zum Herbar.

280. Königsberg. Physikalisch-ökonomische Gesellschaft. Schriften. 25. Jahrg. 1884. 1. und 2. Abth.
281. Regensburg. Naturwissenschaftlicher (früher zoologisch-mineralogischer) Verein. Correspondenz-Blatt 38. Jahrg. 1884.
282. Danzig. Naturforschende Gesellschaft. Schriften. Neue Folge. 6. Bd. 2. Heft. 1885.
283. Luxemburg. Société Botanique du Grand-Duché de Luxembourg. Recueil des mémoires et des travaux. IX—X. 1883—84. Luxembourg 1885.
284. Salem. Essex Institute. Bulletin Vol. 15. 16. 1883/84. Salem 1884.

Redacteur: Dr. Singer. Druck der F. Neubauer'schen Buchdruckerei (F. Huber) in Regensburg.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1885

Band/Volume: [68](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [Lichenologische Beiträge 503-518](#)